

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

In I. Catilinam ad qvirates

[urn:nbn:de:bsz:31-116557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116557)

IN L. CATILINAM.

cūque eorum exitio, qui se tecum omni scelere,  
parricidioque iunxerunt, proficiscere ad impium  
bellum ac nefarium. tum tu, Iupiter, qui h̄dem,  
quibus hæc vrbs, auspicijs à Romulo es constitutus,  
quem Statorem huius vrbs atque imperij verè  
nominamus: hunc, & huius socios à tuis aris, cete-  
risque templis, à sacris vrbs ac mœnibus, à vita  
fortunæque civium omnium arcebis: & omnes  
inimicos bonorum, hostes patria, latrones Italia,  
scelerum fœdere inter se ac nefaria societate con-  
iunctos, aternis suppliis viros mortuosque ma-  
ctabis.

IN L. CATILINAM AD QUIRITES.

ORATIO XX.



Andem aliquando Quirites, L. Catilinam, furentem audacia, scelus  
anhelantem, pestem patria nefa-  
rie molientem, vobis, atque huic  
vrbi ferrum flammamque minitan-  
tem ex vrbe vel eiecimus, vel emi-  
simus, vel ipsum egredientem vrbe profecuti su-  
mus.

mus. abiit, excessit, euasit, erupit: nulla iam per-  
 nicies à monstro illo, atque prodigio manibus ipsis  
 intra mania comparabitur. atque hunc quidem  
 vnum belli domestici ducem, sine <sup>controversa</sup> vic-  
 cinus; non tam inter latera nostratice illa versa-  
 bitur: non in campo, non in foro, non in curia, non  
 denique intra domesticos parietes pertimesce-  
 mus. loco ille motus est, cum est ex vrbe depul-  
 sus: palam iam cum bestia, nullo impediante, bellum  
 iustum geremus. sine dubio perdidimus hominem,  
 magnificeque vicimus, cum illum ex occultis insidijs  
 2 in apertum latrocinium coniecimus. \* quod verò  
 non cruentum mucronem, vt voluit, exiulit, quòd  
 viuis nabu egressu est: quòd ei ferrum de manibus  
 extorsimus: quòd incolumes cines, quòd stantem  
 urbem reliquit: quanto tandem illum maiore  
 afflictum esse, & prostratum putatis? iacet ille  
 nunc prostratus, Quirites, & se perculsum, atque  
 obiectum esse sentit, & retorquet oculos  
 profectò sæpe ad hanc urbem quam ex suis faucibus  
 ereptam esse luget. qua quidem latari mihi vide-  
 tur, quòd tantam pestem euomuerit, forasque pro-  
 fecerit. \* at si quis est talis quales esse omnes oport-  
 3 tebat, qui in hoc ipso, in quo exultat, & trium-  
 phat oratio mea, me vehementer accuset, quòd  
 tam capitalem hostem non comprehenderim po-  
 tius, quam emisserim: non est ista mea culpa; Quiri-  
 tes, sed temporum: interfectum esse L. Catilinam,  
 & grauisimo supplicio affectum iam pridem oport-  
 tebari

IN L. CATILINAM.

rebat: idque à me & mos maiorum, & huius imperij  
 severitas, & ressi. p. stulabat: sed quam multos fu-  
 isse putatis, qui, qua ego deferrem, non crederent?  
 quam multos, qui propter stultitiam non putarent?  
 quàm multos, qui etiam defenderent? quàm mul-  
 tos, qui propter improbitatem fauerent? ac si sub-  
 lato illo depelli à vobis omne periculum indicarem,  
 iampridem ego L. Catilinam non modò invidia  
 mea, verùm etiam vi a periculo sustulisset. \* sed 4  
 cum viderem, ne vobis quidem omnibus re etiam  
 tum probata, si illum, vt erat meruus, morte mul-  
 tassent, fore, vt eius socios invidia oppressu perse-  
 qui non passent, rem hac deduxi, vt tum palam  
 pugnare possent, cum hostem aperte viderentis.  
 quem quidem ego hostem, Quirites, quàm vehe-  
 menter foris esse timendum putem, licet hinc in-  
 telligatis, quòd illud etiam moleste fero, quòd ex  
 vrbe parum comitatus exierit. vnam ille omnes  
 secum suas copias eduxisset. Tongilium mihi edu-  
 xit, quem amare in pratexta ceperat, Publicium  
 & Munatium, quorum as alienum contractum in  
 popina illum reip. metum asserre poterat, reliquit:  
 quos viros? quanto alieno ere, quàm valentes?  
 quàm mobiles? vos videtis. \* itaque ego illam ex-  
 erciturum, pra Gallicanis legionibus, & hoc delectu,  
 quem in agro Piceno, & Gallico Q. Metellus habu-  
 it, & his copijs, qua à vobis quotidie comparantur,  
 magnoperè contemno, collectum ex senibus despe-  
 ratis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis &

ORATIO II.

decoloribus. ex ijs, qui vadimonia deserere, quam illum exercitum, maluerunt: quibus ego non modo si aciem exercitus nostri, verum etiam si dictum pratoris ostendero, concident. hos, quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos in senatum venire: qui nitent vnguentis, qui fulgem purpura, mallem secum suos milites eduxisset: qui si hic permanent, mementote non tam exercitum illum esse nobis, quam hos, qui exercitum deseruerunt, pertimescendos, atque etiam hoc magis sunt timendi, quidd, quid cogitent, me scire sentiunt, neque tamen permouentur.\* video, cui Apulia sit attributa, qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum, qui sibi has vrbanas insidias cadis, atque incendiurum depoposcerit. omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt, patefeci in senatu besterno die, Catilina ipse pertimuit, profugit: hi quid expectant? na illi vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram. quod expectaui, iam sum assecutus, vt vos omnes sanctam esse aperte comurationem contra remp. videretis. nisi verò si quis est, qui Catilina similes cum Catilina sentire non putet: non est iam lenitati locus: seueritatem res ipsa flagitat. vnum etiam nunc concedam: exeant, proficiantur, ne patiantur desiderio sui, Catilinam miserum tabescere: demonstrabo iter: Aurelia via profectus est: si accelerare volent, ad vesperam consequentur.\* o fortunatam temp. si quidem hanc sententiam huius vrbis

eis-

IN L. CATILINAM.

eiecerit, vno me hercule Catilina exhausto, re-  
 uata m. hi & recreata resp. videtur: quid enim  
 mali aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod  
 non ille conceperit? quis tota Italia veneficus, quis  
 gladiator, quis latro, quis sicarius, quis parricida,  
 quis testamentorum subiecttor, quis circumscriptor,  
 quis ganeo, quis nepos, qui adulter, qua mulier in-  
 famis, quis corruptor iuuentutis, quis corruptus,  
 quis perditus inueniri potest, qui se cum Catilina  
 non familiarissimè vixisse fateatur? qua caedes per  
 hosce annos sine illo facta est? quod nefarium stu-  
 prum non per illum? \* iam verò qua tanta in illo  
 vnquam homine iuuentutis illecebra fuit, quanta  
 in illo? qui alios ipse amabat turpissimè, alio-  
 rum amoris flagitiosissimè seruiebat: alijs fructum  
 libidinum, alijs mortem parentum, non modo  
 impellendo, verùm etiam adiuuando, polliceba-  
 tur. nunc verò quàm subito non solum ex vrbe,  
 verùm etiam ex agris ingentem numerum perdi-  
 torum hominum collegerat? nemo non modo Roma,  
 sed nec vllò in angulo totius Italiae oppressis ere a-  
 lieno fuit, quem non ad hoc in redibile scelere fœ-  
 dus ascuerit. \* atque vt eius diuersa studia in d-  
 simili ratione perspicere positis: nemo est in ludo  
 gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se non  
 intimum Catilina esse fateatur, nemo in scena le-  
 uior & nequior, que se non eiusdem prape sôda-  
 lem fuisse commemoret. atque idem tamen, stupro-  
 rum, & scelerum exercitatione, assuefactus, fri-  
 gore, & fame, & siti, ac vigilijs fererendus,

ORATIO II.

fortis ab istis predicabatur, cum industria subsidia,  
 atque instrumenta virtutis, in libidine, audaciaque  
 10 consumeret. \* hunc vero si sui fuerint comites secu-  
 ti, si ex urbe exierint desperatorum hominum fla-  
 gitiosi greges, o nos beatos, o temp. fortunatam, o  
 praeclaram laudem consulatus mei. non enim iam  
 sunt mediocres hominum libidines, non humana  
 audacia ac toleranda: nihil cogitant, nisi eadem, nisi  
 incendia, nisi rapinas: patrimonia sua profuderunt,  
 fortunas suas abliguerunt: res eos iampridem, fides  
 deficere nuper cepit: eadem tamen illa, qua erat in  
 abundantia, libido permanet. quod si in vino, & alea  
 comessationes solum, & scorta quaerent, essent illi  
 quidem desperandi, sed tamen essent ferendi: hic vero  
 quis ferre possit, inertes homines fortissimis viris in-  
 fidari, stultissimos prudentissimis, ebrios sobrijs, dor-  
 mientes vigilantibus? qui mihi accubantes in conui-  
 ujs, complexi mulieres impudicas, vino languidi,  
 conferti cibo, fertis redimitti, vnguentis oblitii, debili-  
 tati stupris, erudant sermonibus suis eadem bonorum  
 11 atque urbis incendia. \* quibus ego confido impende-  
 re fatum aliquod, & penas iamdiu improbitati, ne-  
 quitia, scelere, libidini debitas aut instare iam plane,  
 aut certe iam appropinquare. quos si meus consula-  
 tus, quoniam sanare non potest, sustulerit: nos breuis  
 nescio quod tempus, sed multa saecula propagarit reip.  
 nulla est enim natio, quam perimiscamus: nullus  
 rex, qui bellum populo Rom. inferre possit: omnia  
 sunt externa, vnus virtute, terra, marique pacata:  
 domesticum bellum manet. intus insidia sunt: intus  
 incla-

IN L. CATILINAM.

inclusum periculum est. intus est hostis: cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est, huic ego me bello ducem profiteor. Quirites: suscipio inimicitias hominum perditorum. qua sanari poterunt, quacunque ratione sanabo: qua ressecandae erunt, non patiar ad perniciem civitatis manare. proinde aut exeant, aut quiescant, aut, si & in urbe, si & in eadem mente permanent, ea, qua merentur, expectent. \* At etiam sunt, Quirites, quid dicant à me in exilium eiectum esse Catilinam. quod ego si verbo assequi possem, istos ipsos eijcerem, qui hac loquuntur. homo enim videlicet timidus, & permodestus vocem consulis ferre non potuit: simul atque ire in exilium iussus est, paruit. quid, quod hesternò die, cum domi mea penè interfictus essem, senatum in aedem Iovis Statoris convocavi, rem omnem ad patres conscriptos detuli, quò cum Catilina venisset, quis eum senator appellavit? quis salutavit? quis denig, ita aspexit ut perditam civem, ac non potius, ut importunissimum hostem? quin etiam principes eius ordinis, partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, nudam, atque inanem reliquerunt. \* hic ego rebomòs ille consul, qui verbo civem in exilium eijcio, quò huius à Catilina, an nocturno conventu apud M. Leccam fuisset, nec ne, cum ille, homo audacissimus, conscientia convictus primò reticuisset: patrefeci cetera: quid ea nocte egisset, quid in proximam constituisset, quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, edocui, cum hesitaret, cum cunctaretur, quò huius, quid dubitaret proficisci ad, quò iam pridem

ORATIO II.

pararat, cum arma, cum securas, cum falces, cum  
 tubas, cum signa militaria, cum Aquilam illam  
 argenteam, cui ille etiam sacrarium scelerum, do-  
 mi<sup>4</sup>ni suo fecerat, seivem esse promissam. \* in exilium  
 eieceram, quem iam ingressam in bellum esse vide-  
 bam? etenim, credo, Manlius iste centurio, qui in  
 agro Fesulano castra posuit, bellum populo Romano  
 suo nomine indixit: & illi castra nunc Carili-  
 nam duces expectant: & ille eiectus in exilium,  
 se Messiliam, ut aiunt, non in hac castra conferet.  
 conditionem miseram non modo administranda,  
 verum etiam conseruanda reipublica. nunc si L. Ca-  
 silina consilijs, laboribus, periculis meis circumclu-  
 sus, ac debilitatus subito percimuerit, sententiam  
 mutauerit, deseruerit suos, consilium belli faciendi  
 abiecerit, ex hoc cursu sceleris, belli iter ad fugam  
 atque in exilium conuerterit. non ille a me spolia-  
 tis armis audacia, non obstupefactus, ac perterritus  
 mea diligentia, non de spe, conatuque depulsus, sed  
 indemnatus, innocens in exilium eiectus a consule  
 vi, & minis esse dicitur: & erunt, qui illum, si hoc  
 fecerit, non improbum, sed miserum, me non di-  
 ligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum  
 existimari velint. \* Non est mihi tanti, Quirites,  
 huius inuidia falsa, atque iniqua tempesta-  
 tem subire, dummodo a vobis huius horribilis belli  
 ac nefarii periculum depellatur. dicatur sane eie-  
 ctus esse a me, dum nullo eat in exilium: sed mihi  
 credite, non est iturus. Nunquam ego a dijs immor-  
 talibus optabo, Quirites, inuidia mea lenanda cau-  
 sa, vt

IN L. CATILINAM.

sa, ut L. Catilinam ducere exercitum hostium, at-  
 que in armis volitare audiat. sed viduo tamen  
 audietis, multoque magis illud timeo, ne mihi sit in-  
 sidiosum aliquando, quod illum emisero potius,  
 quam quòd eiecerim, sed cum sint homines qui il-  
 lum, cum profectus sit, eiectum esse dicant: <sup>16</sup> *h*dem si  
 interfectus esset, quid dicerent? \* quancquam isti, qui  
 Catilinam Masiliam ire dicitant, non tam hoc  
 queruntur, quam verentur, nemo est istorum im-  
 misericors, qui illum non ad Mantium, quam ad  
 Masilienses ire malit. ille autem si me hercule hoc,  
 quod agit, nunquam ante cogitasset, tamen latroci-  
 nantem se interfici mallet, quam exulem vitere. nunc  
 vero cum ei nihil adhuc prater ipsum voluntatem, co-  
 gitationemque acciderit, nisi quod vixit nobis Roma  
 profectus est: optemus potius, ut eat in exilium, quam  
 queramur. \* sed cur tandiu de vno hoste loquimur? <sup>17</sup>  
 & de eo hoste, qui iam fatetur se esse hostem? & què,  
 quia, quod semper volui, mihi interest, non timeo?  
 de ijs, qui dissimulant, qui Roma remanent, qui no-  
 biscum sunt, nihil dicimus? quos quidem ego, si vllò  
 modo fieri posset, non tam vltisci studeo quam sanare,  
 & ipsos placare reip. neque id, quare fieri non possit,  
 si me audire voluerint, intelligo: exponam enim  
 vobis, Quirites, ex quibus generibus hominum ista  
 copia comparentur, deinde singulis medicinam consti-  
 lly, atque orationis meae, si quã potero, afferam. \* Vnum  
 genus est eorum, qui magno in are alieno, maiores  
 etiam possessiones habent, quarum amore adducti  
 dissolui nullo modo possunt. horum hominum speci-  
 es est

ORATIO II.

es est honestissima: sunt enim locupletes: voluntas  
 vero & causa impudentissima. tu agris, tu aedificijs,  
 tu argento, tu familiâ, tu rebus omnibus ornatus &  
 copiosus sis, & dubites aliquid de possessione detra-  
 here, ac fidem acquirere? quid enim expectas? bel-  
 lum? quid? ergo in vastatione omnium, tuas posses-  
 siones sacrosanctas futuras putas? an tabulas novas?  
 errant, qui istas à Catilina expectant: meo benefi-  
 cio tabula noua proferentur, verum auctioraria: ne-  
 que enim isti, qui possessionem habent, alia ratione  
 vlla salui esse possunt. quod si maturius facere volu-  
 essent, neque (id quod stultissimum est) errare cum  
 vsuris fructibus praeiorum: locupletioribus ijs, &  
 melioribus ciuibus vteremur, sed hosce homines mi-  
 nimè puto pertimescendos, quod aut deduci de  
 sententia possunt, aut si permanebunt, magis mi-  
 hi videntur vota facturi contra rep. quàm ar-  
 ma laturi. \* Alterum genus est eorum, qui quan-  
 quam premuntur aere alieno, dominationem ta-  
 men expectant, rerum potiri volunt, honores, quas  
 quæta rep. desperant, perturbata consequi se posse  
 arbitrantur. quibus hoc præcipiendum videtur, v-  
 num scilicet & idem, quod ceteris omnibus, vt  
 desperent, se id, quod conantur, consequi posse:  
 primum inuicem me ipsum vigilare, adesse, prou-  
 dere reip. deinde magnos animos esse in bonis viris,  
 magnam concordiam, maximam multitudinem,  
 magnas præterea copias militum: deos denique im-  
 mortales, huic inuicto populo, clarissimo im-  
 perio, pulcherrima vrbi, contra tantam vim sceler-  
 riu

IN L. CATILINAM.

vis presente, auxilium esse laturos. quod si iam finis  
 id quod cum summo furore cupiunt, adepti: num  
 illi in cinere urbis, & sanguine civium, qua mente  
 confecterata, ac nefaria concupierunt, se consules  
 aut dictatores, aut etiam reges sperant futuros? non  
 vident se cupere id; quod si adepti fuerint, fugitino  
 alicui, aut gladiatori concedi sit necesse? \* Tertium <sup>29</sup>  
 genus est atate iam effectum, sed tamen exerciti-  
 atione robustum. quo ex genere ista Manlius, cui nunc  
 Catilina successit, hi sunt omnes ex his coloniis, quas  
 Sylla constituit, quas ego uniuersas civium esse op-  
 timorum & fortissimorum virorum sentio: sed  
 tamen hi sunt coloni, qui se insperatis repentinisque  
 pecuniis, sumptuosius insolentiusque iactarunt. hi  
 dum edificarent tanquam beati, dum praedijs lectis,  
 familiaribus magnis conuiujs apparatus delectantur, in  
 tantum as alienam inciderunt, ut, si salui esse ve-  
 lint, Sylla sit his ab inferis excitandus, qui etiam  
 nonnullos aereftes, homines tenues, atque egentes, in  
 eandem illam spem rapinarum veterum impule-  
 runt. quos ego virosque, Quirites, in eodem genere  
 pradatorum, direptorumque pono. sed eos hoc mo-  
 neo, desinant furere, & proscriptiones, & dictatu-  
 ras cogitare: tantus enim illerum temporum dolor  
 iniectus est ciuitati, ut iam ista non modò homines,  
 sed ne pecudes quidem mihi passura esse videantur.  
 \* Quartum genus est sanè varium, & mixtum, <sup>21</sup>  
 & turbulentum: qui iam pridem premuntur: qui  
 nunquam emergent: qui partim inertia, partim  
 malè gerendo negotio, partim etiam sumptibus in  
 vetere

ORATIO II.

vetere acie alieno vacillant. qui vadimonij, iudicij,  
 proseripcionibus honorum defatigati permulti, &  
 ex vrbe. & ex agru in se illa castra conferre dicun-  
 tur. hosce ego non tam milites acres, quam insicia-  
 tores lentos esse arbutror. qui homines primum,  
 si stare non possunt, corruant, sed ita, vt non mo-  
 do ciuias, sed ne vicini quidem proximi sentiant:  
 nam illud non intelligo, quamobrem si viuere ho-  
 ne esse non possunt, perire turpiter velint, aut cur  
 minore dolore perituros se cum multis, quam si solum  
 22 pereant, arbutrentur.\* Quintum genus est partici-  
 darum, sicariorum, denique omnium facinorosorum,  
 quos ego à Catilina non reuoco: nam neque diuelli ab  
 eo possunt, & pereant sanè in latrocinio, quoniam  
 sunt ita multi, vt eos carcer capere non possit. Po-  
 stremum autem genus est non solum numero, verum  
 etiam genere ipso, atque vita, quod proprium est Ca-  
 tilina, de eius delectu, immo vero de complexu eius,  
 ac sinu, quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut  
 bene barbatos videtis, manicatis, & calaribus tuni-  
 cis, velis amictos, non togis: quorum omnis iudu-  
 striam vitam, & vigilandi labor in antelucanis cenis  
 23 exprimitur.\* in his gregibus omnes aleatores, om-  
 nes adulteri, omnes impuri, impudicique versan-  
 tur. hi pueri tam lepidi, ac delicati, non solum ama-  
 re, & amari, neque cantare, & saltare, sed etiam  
 fittas vibrare, & spargere venena didicerunt: qui  
 nisi exeunt, nisi pereunt: etiamsi Catilina perierit,  
 scitote hoc in rep. seminarium Catilinarum fu-  
 turum. veruntamen quid sibi isti, miseri volunt  
 num

IN L. CATILINAM.

dum suas secum mulierculas sunt in castra ducturi  
 quem admodum autem illis carere poterunt, his praefertim  
 iam molibus? quo autem pacto illi Apenninum, atque illas  
 pyrnas, ac niues perferent? nisi in circo se facilius  
 hyemem toleraturos putant, quod in conuuijs nudi saltare  
 didicerunt. \* o bellum magnopere peritescendum,  
 cum haec sit habiturus Catilina scortatorum cohortem  
 pratoriam, instruite nunc, Quirites, contra has tam  
 praefatas Catilinae copias vestra praesidia, vestrosque  
 exercitus: & primum gladiatorum illi confecto, & saucio  
 consulibus, imperatoresque vestros opponite: deinde  
 contra illam naufragorum eiectionem, ac debilitatam  
 manum florem totius Italiae, ac robur educite: iam  
 vero urbes coloniarum ac municipiorum respondebunt  
 Catilinae tumulis syluestribus: neque vero ceteras  
 copias ornamenta, praesidia vestra cum illius  
 latronis inopia, atque egestate debeo conferre.\* sed si  
 omisus his rebus omnibus, quibus nos suppeditamus,  
 eget ille, senatu, equitibus Romae, populo, urbe, arario,  
 veftigallibus, cuncta Italia, prouincijs omnibus,  
 exteris nationibus: si, inquam, his rebus omisus,  
 ipsas causas, quae inter se conflagunt, contendere  
 velimus: ex eo ipso, quam valde illi iaceant,  
 intelligere possumus: ex hac enim parte pudor  
 pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc  
 stuprum: hinc fides, illinc si audatio: hinc pietas,  
 illinc scelus: hinc constantia, illinc furor:  
 hinc honestas, illinc turpitudine: hinc continentia,  
 illinc libido: hinc denique equitas, temperantia,  
 fortitudo, prudentia, virtutes omnes

cer-

ORATIO II.

certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia,  
 cum temeritate, cum vitijs omnibus: postremo co-  
 pia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana  
 cum amentia; bona denique spes cum omnium re-  
 rum desperatione configit. in huiusmodi certami-  
 ne ac pralio, nonne, etiamsi hominum studia defi-  
 ciant, dii ipsi immortales cogent ad his praclarissi-  
 26 mus virtutibus, tot & tanta vitia superari? \* qua  
 cum ita sint, Quirites: vos, quemadmodum iam  
 ante dixi, vestra tota custodis, vigiliisque defendite:  
 mihi, ut urbi sine vestro motu ac sine villo tumultu  
 satis esset praesidium, consultum ac prouisum est. coloni  
 omnes, municipesque vestri. certiores à me facti de  
 hac nocturna excursione Catilina, facile vrbes suas  
 finesque defendent: gladiatores, quam sibi ille maxi-  
 mam manum & certissimam fore putauit, quan-  
 quam meliore animo sunt, quam pars patriciorum,  
 potestate tamen in vestra continebuntur. Q. Me-  
 tellus, quem ego, prospiciens hoc, in agrum Gallica-  
 num Picenumque praemiis, aut opprimer hominem,  
 aut omnes eius motus, conatuque prohibebit: reli-  
 quis autem de rebus constituendis, maturandis, a-  
 gendis iam ad senatum referemus, quem vocari vi-  
 27 detis. \* Nunc illos, qui in vrbe remanserunt, atque  
 aded qui contra vrbs salutem omniumque vestrum  
 in vrbe à Catilina relictis sunt. quanquam sunt  
 hostes, tamen, quia nati sunt ciues, monitos etiam  
 atque etiam volo. mea lenitas adhuc si cui soluior  
 visa est, hoc expectauit, ut id, quod latebat, erumpere-  
 ret. quod reliquum est, iam non possum obliuisci,  
 me aut

IN L. CATILINAM.

meam hanc esse patriam, me horum esse consulem:  
 mihi aut cum his viuendum, aut pro his esse mori-  
 endum. nullus est porta custos. nullus insidiator viae:  
 si qui exire volunt, consulere sibi possunt: qui vero in  
 vrbe se commouerit, cuius ego non modò factum, sed  
 inceptum vllum, conatúmve contra patriam de-  
 prehendero, sentiet in hac vrbe esse consules vigilan-  
 tes, esse egregios magistratus, esse sortem senatum,  
 esse arma, esse carcerem, quem vindicem, nefariorum  
 ac manifestorum scelerum, maiores nostri esse  
 voluerunt. \* atque hac omnia sic agentur, <sup>28</sup>  
 Quirites, vt res maxima minimo motu, pericula summa,  
 nullo tumultu, bellum intestinum ac domesticum,  
 post hominum memoriam crudelissimum & ma-  
 ximum, me vno rogato duce & imperatore sede-  
 tur. quod ego sic administrabo, Quirites, vt, si villo  
 modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam  
 in hac vrbe penam sui sceleris sufferat. sed si vis ma-  
 nifesta audacia, impudens patriae periculum, me  
 necessariò de hac animi lenitate deduxerint: illud  
 profectò perficiam, quod in tanto, & tam inuidioso  
 bello vix optandum videtur, vt neq; bonus quisquam  
 intereat, paucorumque pena vos omnes salui esse  
 possitis. \* quae quidem ego neque mea prudentia, <sup>29</sup>  
 neque humanis consilijs fretus polliceor vobis, Qui-  
 rites, sed multis, & non dubijs deorum immortalium  
 significationibus: quibus ego ducibus in hanc spem,  
 sententiamque sum ingressus: qui iam non procul, vt  
 quondam solebant, ab extero hoste, atque longin-  
 quo, sed hic praesentes suo numine, atque auxilio sua

Q

rem.

ORATIO III.

templa, atque vrbs testa defendunt: quos vos, Quirites, precari, venerari, atque implorare debetis, vt quam vrbem pulcherrimam, florentissimam, potentissimamque esse voluerunt, hanc omnibus hostium copijs, terra marique superatis, à perditissimorum ciuum nefario scelere defendant.

IN L. CATILINAM AD QUIRITES.

ORATIO XXI.

**R**emp. Quirites, vitamque omnium vestrum, bona, fortunas, coniuges, liberosque vestros, atq. hoc domicilium clarissimi imperij, fortunatissimam pulcherrimamq. vrbem hodierno die, deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, consilijs, periculis meis, & flamma, atque ferro, ac penè ex faucibus fati ereptam & vobis conseruatam, ac restitutam videtis.\* & si non minus nobis incundi, atque illustres sunt ij dies, quibus conseruamur, quam illi, quibus nascimur: quodd salutis certa letitia est, nascendi incerta conditio: & quodd sine sensu nascimur, cum voluptate conseruamur: profectò, quoniam illum, qui hanc vrbem condidit, Romulum, ad deos immortales beneuolentia, famaue sustulimus: esse apud vos, posterisque vestros